



02 H 678





~~N 1579~~
~~9441.~~

9331.



DE
REGIMINE
PVER PERARVM
POST PARTVM NATVRALEM

PRAESIDE
D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

FACVLT. MEDIC. SENIORE ETC.

PRO

GRADV DOCTORIS

LEGITIME IMPETRANDO

D. XXVII. FEBRVAR. CIO IOCC LXXXIII.

PUBLICE DISPVTABIT

AVCTOR

DAVID DOPFF

HAMBVRGENSIS.

HALAE AD SALAM, AERE BEYERIANO.

REGIMENT
PÆR PERARM
LÖST SARTUM NARVÆ



GRADIA DUCORIS

TEGELAE IMPERIALE

D. XAVII. LIBRARIA. GÖTTSCHEOVELD.

LIBRÆ GOETSCHEOVELDI

ANNO

DAVID BÖHLI

LIBRÆ GOETSCHEOVELDI

LIBRÆ GOETSCHEOVELDI



LECTORI

S.

D. PHILIPPVS ADOLPHVS BÖEHMER.

Patere, Humanissime Lector, ut paulisper TE in limine huius scri-
pti detineam, illustri TIBI GEHLERI exemplo ostendens, quo-
unque eius in scribendo nullo limite circumscripta fese extendat li-
bertas, quantisque me publice affecerit contumeliis.

Ordinar itaque ab eo, quod liti parum liberali invenustam occasio-
nem praebuit.

Honoratissima quaedam, sui sexus decoribus & virtutibus prædita,
femina Lipsiensis, triginta circiter annorum, partum nondum enixa, ni-
mique ex rachitide pelvis angustia laborans, d. primo Augulti anni
CIO CC LXIX. in dolores illos incidit, qui partum solent promo-
vere. Quum frustranea viña fuerit obstetricantium mulierum

A

ufi-



usitata opera, CL. GEHLERVS, Medicus amplissimae civitatis Lipsiensis obftetricius, in auxilium vocatus fuit, praesente simul, qui a consiliis fuit, CELEBERRIMO BOERNERO, felicissimo apud eosdem Lipsienses practico. CL. GEHLERVS integrum fere illam noctem, quae tertium Augusti diem proxime praecepsit, in adplicandis instrumentis consumit, atque in vera paragomphosi caput extenuandum iudicavit, cerebrumque, cranio perforato, & bregmatis ossi eduxit. Quum vero per partus rationem adplicatio debita forcipis fieri hand posset, & inflammatuſ genitalium tumor caput nimium stringeret, omniaque incassum peracta esse videret: die tertio Augusti palam profectus est: *nullo fetum modo, propter summan vitiarum angustiam, prodire posse; praeter id quoque metuendum, ne uteri inflammatio accedit; velle itaque se paulisper ab usu instrumentorum desistere, atque interea expendere, quid ulterius in casu, adeo desperato, agendum sit.*

Rebus ita constitutis, atque abdome partibusque genitalibus magis magisque intumescentibus, fudente CEL. BOERNERO, 1) CL. GEHLERVS ab omni auxilio chirurgico abstinuit, maxime, cum ipsa aegra nimiam partum contrectationem amplius perferre haud posset; 2) antiphlogistica interna & externa cum discutientibus adhibita fuerunt; 3) nuntius Halam eo fine missus fuit cum humanissimis ad me datis litteris, ut miserae parturienti consilium, &, si opus sit, auxilium ferrem. Eodem igitur die, qui erat tertius Augusti, Lipsiam profectus sum, eamque in vrbe hora circiter undecima noctis adveni. Parturient initio solus adfuit CELEB. BOERNERS, qui illa a me commemorata mihi exposuit, meque edocuit, corticem quoque peruvianum in usum vocatum esse. Quae cum Dignissimus parturientis Maritus & paulo post vocatus CL. GEHLERVS confirmarent, de eorum veritate dubitare haud potui. Inter haec laudatus iam GEHLERVS, anhunte Excellentissimo Domino Marito, Sectionem caefaream non sicut solum, sed ita etiam sicut, ut unicum in illa salutis spem reponendam esse putaret; siquidem aperte pronunciavit: *nullum supereffe, quo partus promoveri posse, auxilium, neque unquam sperandum, fore, ut aut mater servetur, aut foetus integer prodeat, nisi sectio instituantur caefarea;* huic vero sententiae accedere noluit CEL. BOERNERS.

Quibus omnibus rite perceptis, circa meridiem noctis ad aegram me contuli, atque sequentia ipse observavi. Aderant nimurum notabilis virium languor; absentia paene omnium dolorum ad partum; abdo-

domen turgidum ac inflatum; pulsus plenus, celer & durus; genitalia inflammata.

Hoc in rerum statu, parturiens aliorum auxiliorum pertaesa, *se-
zionem caesaream a me anxie poposcit, fassā etiam: ich kenne mich am
besten; ich weiß, mir kann nicht anders geholfen werden.*

Quae res cum dein in deliberationem veniret: serio quidem, consentiente **CELEB. BOERNERO**, quanta tamen fieri potuit maxima humilitate, contra utilitatem & necessitatem caesareae sectionis differui, ostendendo, *id auxilii genus hoc in casu obfuturum magis, quam profuturum,
meque de eo adeo convictum esse, vt, quo tempori si id momento in infum trahi,
intelligam, Halam redire, constitutum mihi sit & certum.* Adieci etiam haec: *materiam medicam mea ex sententia nondum penitus exhaustam esse;
superesse potius plura eademque activa remedia, quibus extenuatum caput
promoveri posit;* ante omnia autem vena sectione, cum ad facilitandum par-
tum, tum ad discutiendam inflammationem opus esse.

Rogavi insuper dissentientes, vellent ipsi ante, quam alia auxilia postularent, tres modo a peralta vena sectione horulas concedere, *vt, quid
ea sola hic valeat praelestaque, experiri possem.*

Ad haec per vices dicta, pauca quidem, nonnulla tamen **CL. GEHLERVS** regessit. Displacuit enim ipsi eorum auxiliorum commen-
datio, quae dolores ad partum revocare dicuntur; hic nociva ista futu-
ra. Ad ea vero, quae ad persuadendam venae sectionem dixeram: *de ea insituenda ante aliquot iam dies cogitatum fuisse, respondit; cui repro-
fui: eam, si insituta esset, saluberrimam omnino fuisse.*

Neque vero parturiens sine magna difficultate eo adigi potuit, ut nocturnam venae sectionem admitteret. Quum demum consentiret: dexterimus Chirurgus **FELSE** hora circiter prima noctis, me suafore, venam brachii aperuit, sanguinemque phlogisticum eduxit, eo cum effe-
ctu, vt brevi post, in locum levissimarum quarundam pressionum, for-
tes nifus stimulosque ad exonerandam alvum percepit aegra.

Quo etiam tempore cum **CL. GEHLERVS** domum abire vellet, il-
lum rogavi, vt, cum manus operatrices iam adhibuerit, sub hisce nifi-
bus tactu exploraret, anne caput quodammodo descendere videretur?

Mirabundus **CL. GEHLERVS** redit, retulitque mihi: *defendisse omni-
no. Neque iste venae sectionis effectus modice tunc CL. GEHLERVM ad-*



fecit. Nam perculsus quasi animo, adsidens lecto, promisit: *se, data occasione, de tonica in partu venæ sectione disputaturum esse.*

Ego vero de prospero rerum successu gavisus, a CL. GEHLERO mihi expetii, *ut motuum naturae rationem haberet, siuunque iisdem iungaret auxilium.*

Quod cum dixisse, simulque condicatum esset, vt hora quarta matutina mihi renuntiaretur, in quo statu res aegrae sint: discessi & me in domicilium contuli, fessus diurnis laboribus susceptoque itinere, atque de eo fatis certus, mea nunc præsentia opus non esse. Censuit enim CL. GEHLERV, quem reliqui, facile se suscepturnum esse iis, quae forte, me absente, intra pauculas istas horas, incidenter. Neque me in eo errasse, eventus docuit. Nam constituta ista hora nuntiatum mihi est: *partum, aulis naturae motibus, feliciter esse absolutum.*

Mortuus fetus colore, odore & habitu signa patredinis reddidit conspicua, eiusque abdomen turgidum, versus vmbonem viridesceens iam, caput autem, tamquam hydrocephalo distentum, apparuit. Ipsa vero puerpera gravioris inflammationis signis caruit. Quapropter quietem corporis & animi, insula convenientia, acidula, aquas analepticas, & nitrosa, cum tonico, cuius vim saepius expertus sum, remixta, commendavi; corticis autem usum superfluum iudicans, disuasi. Quibus peractis Honoratissimae Familiae, bona quacvis adprecatus, valedixi.

Soleo autem astivo quovis semestri, B. ROEDERERI Elementa artis obstetriciae theoretice & practice explicare, eademque casibus, qui mihi obvenerunt, notabilioribus illustrare. Igitur illud, quod proposui, quodque mihi novissime tunc contigit, male suæ sectionis cæsareae exemplum, occasione Cap. de partu cæsareo a C. 100 CCLXIX commemoravi, ita tamen, vt nomina cum Aegrae, tum Medicorum reticuerim. Id deinde calamo a se exceptum, SALOMO VAN EMBDEN, qui meis tunc temporis interfuerat prælectionibus, Dissertationi suæ inaugurali, de partu cæsareo, Lugd. Batav. C. 100 CCLXXI. habitæ, inseruit his verbis: (L. c. p. 65. §. LVII & not. a.):

Observandum autem, ne solo foeminae desiderio instituatur operatio, quum saepe parturientes, ut cruciatis liberentur, sectionem ventris anxie implorent; saepe aliis remediis partus iuvari potest - - Hoc observavit Guil. Fabr. HILDANVS, vbi foemina exclamabat: Seca! Seca! mi Domine

mine FABRICI & ocios me ex tantis angustiis libera! *Ipsi autem iniuitis videbatur operatio, & sua methodo foetum mortuum extraxit.* Conf. I. I. MANGET l.c.p. 826. Simile exemplum BOEHMERO - - contigit: quum ad matronam quandam Lipsiæ habitantem, a rachitide mala corporis conformatio[n]e laborantem, iam diu in partu laborioso haerentem, vocatus erat: foetus forcipe aut curva aut longa attingi non potuit: praesentes Medici & Obstetricarii, variis iam frustra tentatis auxiliis, operationem suaferunt, ipsaque parturiens a doloribus librari cupiens, eam valde desideravit: BOEHMERO autem periculosa videbatur operatio ob labefactatas vires: præscripsit itaque V.S. in brachio, adjunctis internis roborantibus, & partum foetus mortui postridie feliciter absolutum vidit absque operatione, nempe per ordinarias vias.

Ista igitur sic narrata, legit etiam CL. GEHLERVS; sed simil in me interperantius exarbit, meque in Diss. de partus naturalis adminiculis, sectione priore (Lips. 1772) insinica ac impudenti plane ratione aggressus est (pag. 21. seqq.).

Immemor enim officiorum, quae ad aequitatem, honestatem, religionem fidemque bonam pertinent, ea non solum, quae commerayi, praefraude negat, sed ista etiam crimina, quorum ipse reus est, in me devolvere non erubescit. Sed ut iam Tu, C.L. omnia rite diuidieare possis: Gehlerianæ dissertationis istum locum brevi commentatione perstringam, atque tela in me parata, ex proprio eius armario, in caput ipsius retorquendo, contumelias istas omnes cum usuris reiiciam, ut a me publicam iniuriam propulssem. Laudatis Venæ sectionis viribus, (pag. 20. 21) ita pergit.

Licet autem hanc venæ sectionis efficaciam in excitandis uteri contraktionibus maximi faciam, ita, ut hoc auxilii genus ad dolorum languentium vim augendam fere unum, certe omnium tutissimum excistimem (quod ego affirere non audeam): tantum tamen ab ipso expediri posse, mihi vix persuaderi patiar, ut credam, sola venae sectione posse talen partum, qui caesaream poscit operationem, in naturalem ac facilem mutari, (id, arbitror, ne tiro quidem artis credet; nam partus, qui casaream poscit operationem, & partus, qui sola venae sectione IN NATVRALEM AC FACILEM mutari potest, sibi e diametro repugnant). Mirabundus haec legi a CL. EMBDENIO affert in Diss. de part. caes. L.B. 1772. pag. 65. in not. qui autoritat[i] sui præceptoris Cel. BOEHMERI nimium tribuens, talia public

A 3

affir-



affirmare non dubitavit. (Non mirabundus solum, sed obstupescens plane legi, a Cl. GEHLERO talia publice scribi & nostros juvenes admoneri, ne meae auditoriat nimium tribuant; lectorum erit interpretari, utra ex parte difficilis gloriae studium afferri videatur. Relege enim, qui aequum amas, integrum istum *Dissert.* EMBDENII locum, ad quem Cl. GEHLERVS provocat, quemque huic apologiae iam pag. 4. inserui; relege, inquam, si placet; ego vero non dubito, fore, ut, quam bonus Vir ille sit, facile perspicias. Præcipit van EMBDEN, cavendum esse, ne solo parturientis feminæ desiderio, caefarea operatio instituatur, quam cautelam his argumentis firmat: 1) parturientes saepè, ut cruciatibus liberentur, sectionem ventris anxie desiderant; hancque rationem HILDANI observatione illuſtrat; 2) Sæpe accidit, ut aliis remediis partus iuvandi posset, idque meo iam comprobat exemplo. Igitur id, quod van EMBDEN contendit, quodque Cl. GEHLERVS impugnat, hac thesi continetur, & miror sane, id Gehlerum non perfexisse, cum tironibus tantum libellus exponentus sit.

Sæpe accidit, ut Sectionem caesaream aut parturiens expectat, aut ignarus medicus suadeat, licet alia superint auxilia, quibus partus iuvandi posset, v. g. venæ ſectio.

Atque hanc theſin Cl. GEHLERVS, pro ea, qua uititur integritate, sic intelligendam esse putat:

Venæ ſectio partum, qui caesaream ſectionem posuit, in naturalem ac facilem partum mutat.

En probum & felicem interpretem!

Quum tamen eam, quam breviter adiecit, casus relationem, famae meae aliquantum ignominiosam esse putem; pauca, hac data occasione, contra eam monere mihi liceat. (Sintne EMBDENII illa commemoratio, quia meum nomen ibi honorifice recitat, Cl. GEHLERI famae, quodammodo ignominiosa, necne? non difquiram; quod si vero eam Cl. Vir ipsem animo concepit, suam se ipsis monitis famam, aut illibatam conservaturum, aut laefam restituturum esse; si meae quidquam fidei & famae detrahatur, vehementer errat. Nam honesta fama, unice digna, quae propter ſea sapiente expectatur, iudicio bonorum & proborum hominum continetur; hi vero omnes his diffimiles odio prosequuntur maximo, tantum abeft, ut eos honore adſciant. Praeter id

fida

ficta omnia, celeriter, tamquam flosculi, decidunt.

CICERO Offic. II. 12.)

Neque enim tum temporis de operatione caesarea vel a me vel a medico praesente cogitatum fuit, licet eam poscerit ipsa parturiens - - (tum temporis? sed hoc mittam. Ego vero non sine indignatione animadverte eo usque Cl. GEHLERI audaciam procedere, ut etiam id, quod praesente Celeberrimo BOERNERO, teste omni exceptione maiore, qui Medicus fuit domesticus, palam dixit, praefacte a se dictum esse, neget. Igitur ut aequi rerum arbitri (quos solos iudices agnosco, invidios obtrectatores, uti jus fas est, parum curans), intelligent, Cl. GEHLERVUM, sit venia verbis, impudenter plane hic mentitum esse: licet, pace Celeb. BOERNERI, ad ipsum, tamquam testem locupletissimum, Virumque a partium studio certe alienum, quem ego hic & honoris sui, & veritatis tuandae causâ nomine, publice provocare, illumque quam humanissime rogaré, velut, neutri parti addictus, pro eo, quo esse Vir longe meritissimus solet, candore, vnicuique, eius id scire interest, rem hanc exponere; (tantum enim abest, ut existimem, existimationem meam vel a Cl. GEHLERO augeri, vel vituperio immuniti possè: ut potius iudicem, convicia, quae in me coniecit, silentio, quantum fieri potest, mili prætercunda esse): annon Cl. GEHLERVS, sub meum adventum de instituenda Sectione caesarea ita loquutus sit, ut etiam vnicam in ea salutis spem reponendam esse putaverit? Acerbisissime autem doleo, eam mihi contingere sortem, ut alieno indigeam testimonio, quo ea, quae hic enarravi, confirmentur.

Neque dolorum efficacia per Venae sectionem restaurata fuit, cum iam quatuor horis ante, quam vena secaretur, satis ac nimis valide uterus se contraheret, licet frustanea essent eius conamina, quoniam ob angustiam & ex rachitide compressam pelvis, foetusque insiguum mollem expellere ipsum nequiret.

(Dolores ad partum, sub meum adventum, levissimis quibusdam pressionibus exceptis, defuisse: post administratam vero Venae sectionem valide statim revixisse: non ego solum confirmo, sed etiam is, qui venae fecundae causâ acceptitus erat, dexterimus Chirurgus, FELSE, profitebitur. Ipsum vero Cl. GEHLERVUM oportuit tum temporis de Venae sectionis efficacia convictum fuisse, quia dissertationem de tonica venae sectione hac occasione promisit.

Ra-



Raptus quoque sanguinis versus uterum, si is nimius sit, dolores ad partum uterique contractionem minuit, satente id vel ipso *Cl. GEHLERO* (pag. 20); atqui in parturiente, cuius historiam retuli, insignis omnino adfuit sanguinis ad uterum congestio, siquidem eam abdomen tensum, genitalia inflammata &c. satis prodiderunt, neque aliud quid a diuturna partium contrectatione expectari potuit; quare liceat *Cl. GEHLERI* verba (p. 20) huic casui accomodare: *ex voto saepe languidas uteri se contrahentis vires reficere ac refocillare possumus, si sanguinis copia nimia, ex suis signis detegenda, paululum immunitur, ut, depletis sic nimium turgescentibus vasis sanguiferis, uterus facilius se artare queat.* Subridens autem haec, quae sequuntur, verba legi:

Quod quidem dolores ad partum angendi auxilium plus una vice praesentaneum ac praefantissimum in partus negotio, lente procedente, optimo cum successu expertus fui: ita, ut paulo post venam sectionem reviviscere quasi naturam viderem, oborsisque fortissimi utevi contractionibus partus, de cuius eventu omnes desperabant, felicissime absolveretur. -- Caeterum minor, *Cl. GEHLERVM* ideo dolorum efficaciam, per venae sectionem, restauratum fuisse, negare, quod iam quatuor horis ante, quam vena seca-retur, satis ac nimis valide uterus se se contrarerit. Nemo enim non per-spicit, potuisse dolores, ad partum hora IX. vespertina adesse, hora XI. noctis, me adveniente, deficere, multoque magis hora prima noctis, quo tempore Venæ sectio instituebatur. De verbis autem: *licet fru-stranea essent eius conamina, &c. plura dein.*) Neque foetus post venae sec-tionem, ut narrat BOEHMERVS, per naturales vias profundi prodiit, cum ille mox a venae sectione, vix vena deligata, difficulter satis multaque adhibita opera, sola tamen manuum ope, a me, salva matre, fuerit extractus, quamquam capit eius, iam duodecim, & quod excurrerit, horis ante BOE-HMERIC adventum, perforatum & omne cerebrum ossaque bregmatis utraque exenta fuisse: (Non sine risu observavi, *Cl. GEHLERVM* ne intellexisse quidem EMBDENII verba, quorum tamen sensus adeo facilis est. Partum foetus mortui POSTRIDIE, inquit EMBDEN, feliciter absolutum vidit BOEHMERVS absque operatione, nempe per ORDINARIAS VIAS.

Nunc autem partus fetus mortui contigit POSTRIDIE, quam ac-cessitus fui & adveni; fatebitur quoque ipse *Cl. GEHLERVS*, fetus ne-que per vias insolitas, sed ex vagina, tanquam via ordinaria, aut pro-diisse, aut, quod gloriat, extractum fuisse. Igitur van EMBDEN nil, quod veritati exploratae repugnet, asseruit. *Cl. GEHLERVS* autem, pro-

in-

insigni sui commendandi studio POSTRIDIE ad institutam venae sectio-
nem retulit, verbaque: *per ordinarias vias, ita intellexit, ut putet, van
EMBDEN dixisse, per naturae vires partum absolutum esse; ut aliqua spe-
cies fingatur, qua mihi et meae fidei videatur recte detrahi posse.*

Neque vero *van EMBDEN*, id si aliteruisset, erroris accusandus ef-
set. Verum enim non dixit, pace eius ut dicam, *Cl. GEHLERVS*, quan-
do affirmat, *fetum difficulter satis multaque adhibita opera, sola tamen ma-
num ope, a se extractum esse.* Nam 1) *Cl. GEHLERVS*, dum venae fe-
ctione negat, dolores ad partum refuscitos esse, eo, quo instituebat-
tur venae sectio, tempore, affirmat, dolores ad partum adfuisse; innuit
quoque ipse, sufficienes eos fuisse, quin nimis validos. Nonne vero,
eo admisso, uterus, valide se se contrahens, partum iuvare debuit? *Cl.
GEHLERVS* tamen, *sola manuum ope, fetum extraxit!* 2) Quatuor horis
ante, quam vena secaretur, frustranca fuere uteri, valide se contra-
hentis, conamina, quoniam ob angustam & ex rachitide compressam
pelvum fetusque insignem molem expellere ipsum nequirit. Haec sunt
ipissima *Cl. GEHLERI* verba. Post institutam venae sectionem autem,
iisdem conditionibus persistentibus, fetum sola manuum ope extra-
xit Cl. GEHLERVS, conaminibus naturae nullo modo adiutus. Igitur, eo
concessio, *Cl. GEHLERVS*, fetus extractionem sine ratione differri, mi-
seramque parturientem per integras quatuor horas, inutilibus plane,
horrendis tamen doloribus, torqueripastus est. 3) Partum intra bre-
vissimum temporis momentum absolvit posse, a veritatis specie omnino
abest. *Cl. GEHLERVS* autem, viribus naturae non adiutus, *sola manuum
ope, fetum mortuum, mox a vena sectione, vix vena diligata, extra-*
xit! Atque, ne quidquam scilicet desit, quod nos in admirationem Viri
rapere queat, DIFFICVLTER quidem SATIS, MVLTAQVE ADHI-
BITA OPERA, intra paucula tamen temporis momenta, fetum mor-
tuum, *sola manuum ope, extraxit!* - - 4) Celeb. BOERNERO teste consta-
re potest, statim a venae sectione fortiores evallis dolores ad partum;
iuvante igitur utero fetus expulsus est. Neque vero in ea versor sen-
tentia, ac si adeo felix rerum eventus soli venae sectioni tribuendus sit:
fateor potius cerebri exemptionem, aegrae quietem, antiphlogisticorum
& discentium usum symbolam suam contulisse, ut partus facile felici-
terque absolveretur.)

*Haec omnia nescire BOEHMERVM, ego quidem non miror, cum ipsi, li-
et ea de causa arcessitus, &, ut illud faciat, rogatus fuerit, nec partu-
B riem-*



rientem matronam tactu explorare, nec fetus extractioni, a me instituenda, adflare placuerit, sed ille cubitum iverit, parum de futuro eventu sollicitus. (Est quoddam malignorum hominum genus, quod vel vera narrando, honestis Viris novit turpitudinis maculam adspargere. Gratuletur sibi Cl. GEHLERVS! Callet hanc artem, invidentam scilicet! Fator, me parturientem tactu non explorasse; largior, eo me tempore, quo prodidit fetus, non adfuisse; concedo, dormitum ad aliquot horas me contulisse; nego vero, me parum sollicitum de futuro eventu fuisse, atque tam negligenter, ut ignoraverim, cuius rei causa arcifistus fuerim. Quid vero? Num quid haec, quae hic ipse de me narravi, inhonesta omnino sunt, & ab officio probi consiliarii prorsus aliena? Non puto. Neque dubito de eo, fore, ut verius amicus & aequus Lester me absolvat, si istas modo intellexerit rationes, quas Cl. GEHLERVS tam astute & satiis quidem callide retulit. Igitur explorationem, tactu a me perficiendam, haud absolute necessariam iudicavi; quippe cum Cl. GEHLERO, cui in initio fidem habere non dubitavi, mihi res fuit, & ipse pluries iam instituerat, & dum opus erat, repetebat: quo vero non obstante facile, dum accessi, eam ipse suscepisse, si misera parturiens, nimiis longo sub labore, quem extenuando capiti fetus subierat, iam fatigata contrectationibus, & doloris exacerbationem, ob genitalium tumorem, reformidans, sectioni caesareae soli adhuc intenta, eam admittere voluisset. - Quod post venae sectionem cubitum iverim, solumque Cl. GEHLERVM reliquerim, mirum non est, cum partim itinere, partim diurnis laboribus fessus per aliquot horas tantum quietem quæsiverim. Itaque cum tunc temporis pro expectando venæ sectionis institutæ effectu, aegrae conditiones id omnino ferrent: somno trium horarum indulgere, voluppe mihi visum est. Atque hunc ob discessum me tanto minus poterit Cl. GEHLERVS negligentiae reum facere, quanto ipse magis de redditu meo, si necessitas postularet, sollicitus fui. Nam relatum legisti B.L. me, antequam abiрем, horam constituisse quartam matutinam, quo tempore, nisi fetus intradatum tempus prodiret, nova auxilia proponerem & adhiberem. Retinui potius ipse ego Cl. GEHLERVM, qui vix instituta venae sectione, abitum parabat. - Accedit, ut Medico, qui operationem iam instituit, illa etiam perficienda relinquenda sit; praemissim cum a consiliis fuerim, atque praemissis necessariis, antea neglectis, fidem iam in decantata Cl. GEHLERI ponere dexteritate. - Denique sapientem Virum cavere oportet, ut ne aut plura, aut maiora, quam quae res permittunt, sive speret bona, sive metuat mala. Hanc igitur solam ob causam factum est, ut ego parum

parum *Cl. GEHLERO* de eventu sollicitus fuisse visus fuerim -- Quod caeterum asserit *Cl. GEHLERV*, me ideo fuisse accersum, ut parturientem matronam tactu explorarem, fetusque extractioni, a se suscipienda, adflarem, veritati haud congruum est. Docet potius ipsa historica casus relatio, me ideo fuisse vocatum, ut 1) meam de instituenda sectione caesarea, quam prudenter reiecit *Cel. BOERNERV*, sententiam ferrem; 2) ut *Cl. GEHLERV* consilium iuvarem atque dirigerem. Quae omnia, arbitror, praestiti sufficienter.)

Id tamen vehementer miror, quod nimium famae suae intentus, nominis sui gloriam sibi comparatur, talia publice auditores suos docere, quae ficta & veritati minus consentanea sunt, haud erubescat.

(Bone Deus! Quousque demum procax huius Viri procedit impudenter aut audacia? - Sed repressio, quo justo adjicior, dolore, pauca tantum hic addam. Atque 1) quidem existimat *Cl. GEHLERV*, ideo omnia me fixisse, ut nominis gloriam (ab isto die demum!) mihi compararem. Quasi vero plus infcio sapere, gloriosum esset! Vehementer dein miratur, me ea auditores docuisse, quae ficta esse putat, & veritati minus consentanea. Facile enim, inquit, exinde fieri potest, ut tirones haec sua in magistrorum verba fiducia leuiorique tali auxilio nimium confidentes, veram opem longius differant, & sic mirum quantum parentibus nocere ac obesse queant. Quae meos auditores docui, quaeque falsa fictaque, quin perniciofa plane, *Cl. GEHLERV* esse pronunciat: cum historica facti relatione, cuius me puto veritatem fatis adstruxisse, tum hac thesi continentur:

Accidit saepe, ut rite instituta venae sectio, partum, de quo omnes, medici adeo desperant, adiuvet, acceleret.

Paene eadem *Cl. GEHLERV*, infidus quidem testis, adsfirmat. Neque puto fore, ut quis prudens Medicus ea in dubium vocet. *Cl. GEHLERV* autem, sibi ipsi dispar, ficta, falsa, perniciofa haec esse arbitratur! Sed fatis nostri iam C. L. huius Viri indolem! Noluit haec ita intelligi; perliberter potius Lectori persuaderet, me ridiculam istam sententiam fovere, quam mihi affinxit (pag. 21), quaeque sanae rationis homini ne in mentem quidem incidere potest, *Venae sectionem scilicet posse partum, qui sectionem caesaream postulat, in naturalem & facilem mutare.*



*De remediiorum reficientium, quorum mentionem ibidem! Celeb.
BOEHMERVS fecit, natura ac indeo nihil addere possum, cum ante foetus
extractionem ne guttula quidem medicamenti ab ipso exhibita fuerit; alte-
ro vero die, corticis peruviani usum valde averfatus ac abhorrens BOEH-
MERVS (quem in puerperis se numquam ante nonum decimumve diem exhibe-
bere solere dictabat) paucula grana nitri sufficere omni indicationi medi-
tiae exsufflavit. Quae, quo pacto reficientum nonen mereantur, viderint
et indicent alii). Multum in hunc locum a me dici possent; pauca vero
sufficient. Abfoluto partu reficienda exhibita fuisse, supra relatum est.
Corticem Peruvianum, tantum abest, ut ab eo abhorream, ut potius laudem,
magnificiam, summumque in summis quibusdam malis auxilium
habere, affirmem. Neque vero neotericorum quorundam Medicorum caco-
ethes me tetigit, quo infecti vix umquam sustinent, divinum corticem in cu-
randis morbis omittere. - - De nitro denique iam supra dictum est, me
id remisuisse cum tonico, cuius egregios effectus plus vice simplici ex-
pertus sum).*

Iniquo nunc ingratoque me labore liberavi. Quem utinam ita
perfecerim, ut aequi me absolvant iudices, suaque GEHLERVVM vitia
moresque ulciscantur!

Neque puto, *Humanissime Lector*, aegre TE esse ea laturum, quae
asperius forte duriusque alicubi, in GEHLERVVM dicta legisti, siquidem
adeo eum duram nauctum esse pessimum existimo, ut lenes humanitatis sim-
plicios vix ac ne vix quidem sentire, mili quidem videatur. Vale par-
tibusque nostris, iam, ut recte potes, sive.



DE



DE
REGIMINE
PVERPERARVM
POST PARTVM NATVRALEM.



§. I.

Absoluto partu naturali, in lectum se conferat puerpera, ut quiescens ibi vites colligat caveatque, ne aut partes laxae prolabantur, aut lochiorum fluxus turbetur. Somno, si id fieri potest, indulget, siquidem is reficiunt remedium optimum est (v. SWIETEN *Commentar. in aph. BOERHAAV.* Tom. IV. pag. 589.). Motum corporis paulo validiore numquam facile, ante nonum puerperii diem, suscipiat: metuendum enim, ne prolapsus vteri subnascatur. Grave quodlibet animi pathema, vel sanissimum infensum, puerperis nocet. Neque iis aër impurus nimisque aut frigidus aut calidus conducit. Cavendum etiam, ne lecti calor febres, purpuram, vigilias, fluxus lochia- lis turbas pluraque mala producat.

§. II.

Lassitudo ista, quae partum naturalem insequitur, ab intensiore potius virium actione, quam defectu humorum provey-

B 3

nit



nit. Quam ob causam quietem, somnum, analeptica & tonica leniora indicat, nutrientia autem, quippe quae soli succorum inopiae, medentur, neque postulat illa, neque omnino bene fert. Eumvero obstetrics & venerabiles istae, puerarum lectoribus assidentes, multiloquaces maleque studiose sapientum mulierularum coronae, cum omnem debilitatem ad succorum defectum referre soleant, nutrientibus nihil existimant esse tollendae huic lassitudini aptius. Igitur iuscula meraca, e iuniorum animalium carne, additis, si id fieri potest, cancris conficiunt; cancros quoque fluviales contundunt exprimuntque, vt butyro, quod cibis puerarum largius admiscent, gratissimum, eorum succo, & colorem & saporem concilient; denique nec ovis, nec caeteris nutrientibus, ex animali maxime regno peritis, parcunt, summa ope scilicet carentes, vt ne quid, in parandis ipsis cibis, omittant, cuius defectum prudens laudaret medicus. Nec tamen sola lassitudine, in puerpera observata, commoventur, vt illis operam dent; nam eorum usus longe in puerperis latius, quam ipsa lassitudo, patet; at consulunt etiam eo cum nomini suo, nam bonae ac beneficiae coquae salutantur, tum palato puerperae ipsiusque forte mariti, cuius meminisse hac occasione numquam facile intermittunt. Quo autem more nihil omnino esset perniciosius, nisi noxas illius sive natura, sive casus praepediret. Saepius enim contingit, vt puerperae, aut nutrum naturae sequen-

quentes fercula ista spernant, aut, notabili corporis vitio carentes, innocue eorum usum ferant. Pluries tamen detrimentera evadunt. Atque huius rei rationes oportet nos expedire.

§. III.

Memores eorum, quae, durante graviditate, aut admittuntur, aut eveniunt, haud difficulter perspicimus, graviditate longe maximas succorum acrum maleque mixtorum causas contineri. Nam gravidae motum corporis, in quo via e precipuis coctionum causis posita est, intermittunt. Intumescens quoque vterus ventriculum & intestina comprimit atque e sedibus suis depellit, quo sit, ut eorum functiones turbentur crudaque, inde enata, retineantur. Nec ipsa a gravidis plethora, foecunda sane cacochymiae mater, innocua fertur. Praeter ea abnormis, cui gravidae saepius indulgent, diaeta, succos earum corrumpt. Quodque demum supereft, sanguis, in vteri vasis stagnans, ad corruptionem & putredinem proclivis redditur. Quae cum ita sint, oportet sane omnes, qui rationalem medicinam profitentur, cavere, ne quid temere gravidis concedant, quo tanta possit causarum, quae ad producendam cacochymiam collimant, multitudine augeri. Atqui diaeta animalis & oleosa putredini & rancori maximopere favent.

§. IV.



§. IV.

Ista vero, absoluto partu admissa, adhuc nocentior est. Nam, peracto partu, motus febriles non infrequeñter incident, quippe quos labor praegressus, status vteri, lactis secretio, impuritas ipsa humorum, pluraque externa excitant. Iam vero diaetae animalis & oleosae ea est ratio, vt calor inde nativus augmenta capiat. Itaque, ea concessa vel admissa, fieri aliter non potest, quin febriles isti motus adiumentur, accelerentur, intendantur. Quod ipsum autem oportet cum detimento puerperae accidere, siquidem acritates fluidorum nulla re magis, quam febrili motu, explicantur atque acuuntur. Atque huic damno aliud adhuc accedit. Motu enim febrili vel purissima olea, vel blandissimi succi animales corrumpuntur. Neque his, qui ad inflammations proni sunt (atque ex eorum numero omnino puerperae sunt) vietus animalis convenit. Gelatina enim animalis is ipse succus est, e quo phlogistica sanguinis diathesis formatur; praeter id calorem nativum auget, cuius incremento plures diathesis inflammatoria debetur. Denique vietus animalis plethorics non convenit; saepius vero accidit, vt plethora in puerperis non deficiat.

§. V.

Oportet igitur cibum puerparum eum maxime esse, qui nutriat quidem, at phlogosi simul, febri ac putredini resistat, refi-

reficienteque virtute praeditus sit. Jura itaque carnium, nec concentrata adeo, nec oleosa, ipsaeque carnes iuniorum animantium, cum oryza, millo, fagopyro & similibus cerealibus, vel etiam acetosa, chaerophyllo &c. succo citri, pane tosto parcaque blandiorum aromatum vinique quantitate praeparata, concedi possunt, nisi impetus forte febrilis victum animalem omnino interdicat. Fructus quoque horaei atque simplicissima e cerealibus parata iuscula conducunt; generatimque ea laudem merentur, quae alias in acutis aut commendantur, aut concedi possunt. Potus etiam puerperarum acutorum indoli respondeat. Parcior vini aciduli quantitas, ad vires refocillandas, concedi potest. Infusa autem calida, si largius hauriantur, aequa, ac potus nimis frigidus, nocent. Cerevisias dilutiores purasque non omnino in puerperis reformidarem. Ab illius autem, quam cum floribus chamom. praeparant, vsu, flatulentiae incommoda *illuſtr.* & *vener.* BOEHMERVS obseruauit; in cuius itaque vicem infusum theiforme suusat, ex anatica portione flor. chamom. & hb. thee conſciendum.

§. VI.

Frequenter accidit, vt a partu, sat etiam felici, tumor abdominis relinquatur, qui, cum formam corporis, cuius feminis cura eripi non potest, deturper, atque praeter id nocenti ab-

C

domi-



dominis ligatura occasionem praebuerit, curatus expendi
 retur. Sed de sede huius tumoris eiusdemque causa disputatur.
 Nam medicorum longe maximus numerus a collecto cum in vte-
 ro sanguine repetit. Iudicant enim, enormi adeo vteri abdo-
 minisque distensione, quam graviditas inferat, non posse non
 elasticitati partium quidquam decidere; igitur superstitem elasti-
 citatis particulam quodammodo quidem abdominis intumescen-
 tiam, post fetus exclusionem, tollere, perfectam autem partibus
 integritatem restituere non posse, cum ipsa virginea, si fas est
 ita loqui, elasticitate inferior sit; sponte itaque maiorem sangu-
 nis quantitatem hoc ruere, tardius autem redire, quo collectio
 sanguinis fiat partiumque extensio. Atque ex his nonnulli aëris
 quoque frigidi vim in auxilium vocant, qui, ab utero receptus,
 stagnationes sanguinis efficiat & coagula. Nec horum opinio
 refutatur eo, quod quidam dixerunt, sanguinem scilicet calidum
 cotinuo affluentem, stases istas & coagula satis impedire (Storch
 Weiberkrankh. VI. Th. pag. 155. 156), siquidem aëris frigidus, hoc
 concessso, numquam noceret, cui tamen obseruatio refragatur.
 Praeter aëris frigus, potus etiam frigidus omneque id, quod lo-
 chiorum fluxum impedit, stases illas dicuntur accelerare ventris-
 que tumorem. Si tamen, quod res est, dicendum, a veritatis
 mihi specie ea sententia abesse videtur. Nam vteri tanta a partu
 distensio, quantum sibi tumor iste abdominis vindicat, longe vi-
 detur

detur gradum debilitatis excedere, qui vtero cum ratione tribui possit; hunc enim non adeo magnum existere, vel validum illud robur ostendit, quo se se vterus a partu contrahit, quodque manus obstetricia sentit. Praeterea perennis vasorum vterinorum turgor, aut periculosa haemorrhagias inferret aut obstruktiones; sed eorum malorum, quae latere non possent, observatur neutrum.

§. VII.

Quam ob causam alii flatulentum eum esse tumorem arbitrantur. In ea sententia manifeste versatur STAHLIVS. In dissertatione enim eius de puerparar. affect. (Hal. 1704.) leguntur haec (pag. 15): *abdomen mantili latiore colligetur: tum ne flatibus, in capaci haec tenus partium abdominis continentium dilatatione, libera distendendi copia relinquatur; tum hoc ipso non augeantur magis irregulares pressiones vasorum vterinorum, adeoque magis inordinato fluxui sanguinis ex vtero, occasio praebeatur: his enim duplicitibus, grandibus certe, imo periculis, incommodis, per illam negligentiorum abdominis deligationem exponi puerperas, testatur quotidiana experientia. Imo vero evenit subinde puerperis ex hoc neglectu, durabilis illa abdominis distensio, & in se flatulenta, & flatulentiae etiam in posterum facile & varie exacerbanda velificans, ut puerperae tales ab huiusmodi*

C 2

negle-



*neglectiore deligatione admodum inflatum abdomen retineant, eis
nen sackichten Leib, ut vulgo loquuntur. In sequentibus (pag.
39.) non absimili ratione iudicat. Ante omnia vero inquit,
quam maxime mature, post editum vniuersum cum secundinis
partum, ligetur decenter, fascia lata aut bene mundo manili
probe calefacto, venter puerperae, ne temere flaccescens, non
solum in praesens repentinis atque diffusis flatulentis distensionibus
pateat, sed etiam gravibus pathematis, in posterum
quoque duraturis, aut violenter repullulaturis, hac ratione
via sternatur. Non enim aequa facile subsident, ut consurrexerunt,
flatulentae distensiones. Interim, cum ad tormentos dolores,
post partum subeundos atque sovendos; tum ad haemor-
hagiam uterinam augendam efficax est haec circumstantia negle-
ctae debitae stricturae abdominis. Sed huic sententiae sueta
huius tumoris, si chronicus scilicet sit, ratio, cum flatulentiae na-
tura comparata, non viderur consentire. Neque enim flatuum
explosio tumorem discutit, neque ipsae feminae de istis conque-
runtur incommodis, quae a flatuum collectione provenire solent.
Igitur chronicus ille abdominalis tumor, qui solum hic in considerationem venit, male, ex mea sententia, flatibus collectis tribuitur.*

§. VIII.

Denique *Joan. STORCH* (l. c. pag. 155) viscerum omnium
abdominalium tumorem accusat, ut tamen uterum non excludat,
in

in cuius substantiam potius gravissimam intumescens abdominis causam coniicit. Ipse tamen, pro eo, quo fuit, candore, sectionem feminae 60. annor. commemorat, ifsi opinioni omnino contrariam. Nam ea, inde a primo partu, tumidum abdomen retinuerat; neque vero **STORCHIVS** aut in utero, qui paene virgineus erat, aut in ullo alio viscere abdominali tumoris causam detegere potuit; supra autem infraque musculos abdominales magna spongiosi adipis (ein schwammichthes Fett) copia collecta erat, vnicula procul dubio distenti abdominis causa. Igitur videtur mihi adiposa abdominalis sedem huius tumoris constituere; materiem eius suppeditat adeps similisue massa; dispositionem infert, cum compressio partium, durante graviditate facta, tum diminuta abdominis elasticitas, siquidem ab utraque causa stases adiposa contrahere solet; occasio nem denique praebet, quidquid fluidorum motum in abdomine retardat & perturbat. Caeterum autem, praeter illum vulgo notum abdominis tumorem, de quo haec tenus locutus sum, plures alii a graviditate, chronici etiam, relinqu possunt (**MORGAGNI** *Epiſtol. de ſed. & cauf. morb.* **XLVIII.** 46); ſed eorum non opus est rationes exponere, cum insolentiores ſint, iisdemque vſus fasciarum minus accommodetur.

§. IX.

Vt vero mulieres officiae caveant, ne deformi adeo abdomen evadat, ligaturiſinectis id arcte conſtringunt comprimunt-

C 3

que,



que, culpam paene omnem in male ligatum abdomen coniicientes, si turpiter illud a partu elevatum conspiciunt. Neque etiam quibusdam medicis ista opinio displicet, cum caeteris medicinæ praecceptis satis videatur consentanea esse. Ligatura enim partibus, quas inertia occupat, externum quasi robur impertinet partemque illam, quae decepsit elasticitati, compensant. Quam ob causam tumores, ab inertia enatos, tollunt. Quidni etiam illum, quem puerperæ adeo reformidant quique prægressæ graviditatis soboles est?

§. X.

At enim vero illustr. BOEHMERVS tumores abdominis inter nostros, quas tamen omni studio ligare solent, frequentissime observavit, Parisiis autem eo, quo per Galliam proficisciebatur, tempore, rarius tumidum abdomen conspicere *ipſi* licuit, licet abdomen ibi non prius, quam post primos 14. puerperii dies elapsos, ligaverint. FRIDIVS quoque numquam istas ligaturas iniecit, nisi forte effera adfuerit haemorrhagia: & tamen nullum exinde damnum puerperæ perceperunt, teste huius rei locupletissimo, *illust. BOEHMERO*. Quare, duce observatione, negamus, turgidum puerperarum abdomen ligaturis posse applicatis satis quidem apte praecaveri, culpamque relatae a partu deformitatis recte in abdomen aut plane non, aut non rite ligatum devolui. Quid? quod vel instituta ista abdominis ligatura tumoris causa

existe-

existere potest eidemque occasionem praebere, cum forti partium, statim a partu facta, compressione, circulum humorum turbet; quae noxa, cum respirationis, coctionis & excretionum turbis, tanto magis metuenda venit, quando, ut fere fieri solet, fascia angusta partem abdominis, quae pectori subiacet, arête constringunt. Quod etiam argumentum, ad commendandas ligaturas, a diminuta partium abdominalium elasticitate repetunt, sp̄cie tantum veritatis placet, nec nobis necessitatem earum, fatis persuadet. Nam memores nos esse oportet, eam, quae elasticitati partium decepsit, particulam, nec adeo esse magnam, nec omnino inertem; cavit modo, ut ne vterus & abdomen nimis a partu properanter concidant, quo ipso magna praepediuntur mala. Jure igitur meritoque fortissimas istas statim a partu injectas abdominis ligaturas damnamus, nisi vteri forte eas haemorrhagia indicet, leviores autem illas, quas GORTERVS, ad leniendos dolores post partum, commendat, atque seriores, quae quibusdam medicis in vsu sunt, vel concedimus, vel laudamus etiam, quippe quae circulum humorum nulla ratione perturbant.

§. XI.

Sed latius adhuc ligature abdомinalis utilitas patere dicitur. Nam, ut ridicula muliercularum figmenta iam missa faciam, ad levandos dolores post partum BOERHAAVIVS (aphorism. 1323) fas ciā latam, quae laxum abdomen fulciat, commendat. Cui sen-



sententiae *celeberr.* b. m. v. SWIETEN non solum accedit, sed alia etiam plura huiusmodi fasciae commoda adiungit. Comparat enim primo graviditatem hydropi abdominis, statum abdominis autem, qui partum mox absolutum excipit, illi, qui paracentesin abdominis in hydrope sequitur. Atqui hanc dicit, nisi ligetur abdomen, ob laxitatem partium, irruenti sanguini non satis resistenter, animi deliquia, syncopen, mortem ipsam sequi; si vero idonea ligatura stringatur abdomen sensim magis magisque, pro ratione effluentis aquae, numerosis experimentis evictum esse, tuto omnes hydropicorum aquas simul & semel educi posse, neque tunc animi deliquium aut syncopen observari. Quare, cum status puerperae illi sit similis, eadem cautela opus esse existimat. Praecipit tamen, ut caveamus, ne nimium stringamus abdomen; qua cautela neglecta putat, dolores post partum augeri posse, cum, post validos partus nixus, abdomen quasi contusum sit. Dein laudat *celeberr.* de GORTER libellum, quem de abdominis ligatura conscripsit, commemorans simul eiusobservata. *Pulcherim*, inquit, effectus vidit semper, dum post partum statim abdomen molliter fulciretur lata fascia, mantili, vel mappa; quae, si post aliquot horas, detumescente magis abdomine, laxius haerere incipiat, denuo moderate adduci potest, cavendo tamen semper validam compressionem. Observavit, hac methodo, minorres dolores post partum sequi, minus grumosi sanguinis in utero colliguntur.

volligi. Praeterea vidit, alium facilius sequi in puerperis, dum aliter durae foeces in colo intestino, facile distendendo, colliguntur in maiorem molem, quae postea summas molestias parere potest, dum per anum debet exprimi. Pulchrum & effetum observavit in haemorrhagiis uteri chronicis, etiam in senili aetate, dum sacculum, roborantibus remedis plenum, applicabat abdomini, & simili fascia firmabat. Nullo quidem modo de hisce ligatura abdominalis commodis dubito; imprimis facile perspicio, haemorrhagiis efferae doloribusque post partum, qui a sanguinis raptu, flatum accumulatione & inaequali partium tensione nascuntur, satis eam apte opponi, nec moderata adeo, quam GORTERVS suadet, partium constrictiōnem nocere posse; at enim vero efferae haemorrhagiae huius loci non sunt; nec reliqua eam incommoda absolute requirunt, cum vel leniora sint & fugacia, vel aliis remediis cedant, clysteribus scilicet emollientibus, blandis laxantibus, tonicis internis, antispasticis &c. Igitur eam dissuaderem potius, metuens scilicet, ne vel permissa, vel commendata male instituatur damnumque puerperae afferat.

§. XII.

Non raro accedit, ut puerperae, naturali etiam partu fetum enixa, de ipsis doloribus conquerantur, quos dolores post partum salutare solent. Illorum praecipuae causae, quae scilicet

D

huius





huius loci sunt, hae erunt i. *raptus sanguinis ad laxata a partu loca abdominalia.* Tollitur haec: vſi eorum, quae fluxum lochiale promovent, quiete et decubitu puerperae, iunctis tonis internis et externis. 2. *Flatus, intestina, nunc a compressione libera, distendentes.* Tonica et antispastica his medentur. 3. *Excrementa, quae in cole stagnant.* Clysteribus emollientibus, laxantibus et rhabarbaro et manna paratis, cataplasmatibus emollientibus potuque sufficiente et emolliente tunc opus est. 4. *Inaequalis fibrarum cum vteri, tum aliarum partium, quae ad abdomen pertinent, contractio.* Antispastica tunc, prae caeteris autem secura opia (v. SWIETEN ad §. 1324) cum emollientibus externis indicantur. 5. *Grumi sanguinis, in vteri cavo reflantes, qui vel manu, vel iniecta, siphonis ope, aqua calida (van SWIETEN ad §. 1323) educendi sunt.* Quodsi fiat, vt, ob vtreum nimis constrictum, exire nequeant, antispastica et cataplasmata emollientia vel inunctiones praemittantur necesse est.

§. XIII.

Qui, absoluto partu, prodire solet *lochiorum fluxus*, nulla re magis, quam congruo vitae regimine et antispasticis interpositis, promovetur. Si minui videatur: blandis laxantibus, clysteribus, emollientibus externis atque his, quae spasmum praesentique causae medentur, auxiliis opus est. Nec ipsa venae sectio reformidanda erit, si vel vrgens plethora adsit, vel metus immi-

immineat, ne status inflammatorius oriatur. Excedens autem lochiorum fluxus postulat: nitrosa cum aliis temperantibus, adstringentia secura, venae sectionem in brachio, quietem, anti-spastica. Commandant quoque pilulas, quas *balsamicas* dicunt, eo fine, ut ista his, quam dixi, veteri haemorrhagia naturae ordini convenienter dirigatur. At *illusfr. BOEHMERVS*, licet iudicet, dandum esse aliquid consuetudini, saepius tamen fassus est, quandoque, vsu harum pilularum, molimina haemorrhoidalia in puerperis excitata esse.

§. XIV.

Alvus puerarum aperta semper servetur, obstructa referetur. Quod certe praeceptum tanto magis attendendum est, quanto plura & maiora puerperii incommoda a primarum viarum saburra, durante graviditate collecta, proveniunt. Congrua diaeta, potus imprimis emolliens, rhabarbarina & manna-ta, iunctis clysteribus, hic sufficiunt. Si forte accidat, ut largius in puerpera alvus fluat: cavendum, ne temere is fluxus si-stantur; nam educendis cruditatibus aliisve nocentibus inservit. Si vero a suscep-to refrigerio similive causa exortus sit, aut vi-riam prostrationem suo excessu producere videatur: praeter dia-pnoica remedia, regimenque blande diaphoreticum, rhabarbari-vsus commendetur, quo secure satis inutiles vel etiam nocentes diarrhoeae sistuntur, aut minuuntur.

D 2

§. XV.



§. XV.

Febris lactea, cuius historiam descripsit *illust. et vener.* PRAECESS in *Dissert. de febre lact. puerper.* Hal. 1742. §. XXX, vel sponte defervescit, vel vsu temperantium, diapnoicorum et enematum emollientium mitigatur. Cavendum autem, ne forte febris, quae lactea non est, lactea habeatur. Nam si febris magna exoriatur eademque vix finito partu ingruat diutiusve perduret, lactea illa iudicari nequit.

§. XVI.

Si lactis discussio requiratur: ab emplastris, quae vulgo adhiberi solent, abstinentur erit, cum, poros cutis obstruendo, tumoribus mammarum erysipelaceis occasionem praebere queant. Neque arbitror, spirituorum usum externum satis esse securum; siquidem notum est, quam facile fiat, ut lac coaguletur. Epithemata itaque sicca, ex herbis et seminibus discutientibus cum camphora, parata, vel linteum, massae ceraceae, ex cera, spermate ceti, camphora, addito etiam oleo, confectae, intinctum, externe mammis applicari possunt, atque horum usui laxantia et diapnoica iungi. Laudat etiam STAHLIVS (l. c. pag. 46) strictiorem mammarum compressionem, imprimis ubi per ipsa initia discussio eius desideretur, antequam eruperit; quo remedio salutariter vtuntur in Gallia, siquidem, linteo complicato mammis imposito, vestimenta thoracis arctius constringunt;

com-

compressis itaque vasis, lactis secretionem impediunt. Sin autem, post liberiorem secretionem, lac iterum dissipandum sit, nulla id putat *STAHLIVS* (l. c. pag. 47) securiore ratione fieri posse, quam si vel alius infans rarius et parcus indies sugat, semper ipsi minus minusque suppeditando, vel, fugendo per vitrum, huic negotio aptatum, vel, emulgendo solum, simili lac ratione educatur, promittens etiam, fore, ut vix non intra tertium aut quartum diem sponte tunc lactis secretio evanescat. Caeterum parcior diaeta femellis ipsis imperetur necesse est viribusque respondens motus. Largiori iusto lactis secretioni non absimili ratione mederi possimus, hisque incassum tentaris, infans ablactandus. *Salviae infusum*, omni trihorio ad vinciam unam alteramve datum, in desperatis casibus vtile deprehendit *SWIETEN* (ad §. 1339).

§. XVII.

Defectus lactis, pro caularum diversitate, varia auxilia requirit. Si a defectu bonorum succorum proveniat: nutrientibus, quandoque etiam corrigentibus, vtendum est, curandumque omni modo, ut coctio bene perficiatur, omnisque, quantum id fieri potest, moeror atque tristitia absit. Interdum autem accidit, ut vasa ipsa, quae secretioni lactis inserviunt, eo laborent vitio, quod secretionem lactis impedit, sive id nunc naturale sit, aut aetate, vestimentis arctioribus similibusque causis contractum. Quo in casu, si quod supereft auxilium, emol-

lien-



lientia mammis applicata, conducunt, licet etiam suetio, eademque vel ante partum instituta, quin frictio mammarum, non omnino contemnenda sit. Si denique efferae aliae excretiones, sanguinem cum evacuando, tum a mammis revellendo, lactis copiam diminuant: caute nos fistere eas oportet simulque ea adhibere, quae paulo largius nutriunt, remedia.

§. XVIII.

Si lac stas in mammis conceperit: solventia et discutientia adhiberi debent (BOERHAAVE aphor. 1336), iisdemque ea iungi, quae causa praesens postulat. Quam optime autem instituta suetione, similiwise modo, stasis ista praecavetur. Qua occasione Faepius notavit *illuftr. BOEHMERVS*, colostrum, quod recens nati facile ferunt, adultioribus, infantibus, ad fugendum accersitis, nocuisse,


§. XIX.

Superessent quidem plura, nec levia, puerarum incommoda pertractanda; sed de his eorumque medela vid. STAHLIVS l. c. *Ioan. IVNCKERV*S Therap. Spec. Tab. CXXXVI. CXXXVII. et SWIETEN l. c. qui accurate etiam diaetam regimenque puerarum descripsit. Non possum tamen, quin de cortex peruviano adhuc notem, eum, quod ad debilitatem puerarum spectat, vix ullam prae martialibus laudem mereri. Videntur potius martialia eam, quae ad vim cohaesionis pertinet, debilitatis speciem facilius, quam cortex peruvianus, tolle-re. Atque haec dixisse sufficient,



02 H 678


Vol 8



02 H 678







B.I.G.

Black

DE
GIMINE
PERARVM
TVM NATVRALEM

PRAESIDE
ADOLPHO BOEHMERO
MEDIC. SENIORE ETC.

PRO
DOCTORIS

TIME IMPETRANDO

FEBRVAR. CIO CCC LXXXIIII.

LICE DISPVTABIT

AVCTOR

VID DOPFF

HAMBVRGENSIS.

D SALAM, AERE BEYERIANO.